IN · NOMINE · DOMINI · AMEN · Ad perpetuam rei memoriam · Consueuit Regum et quoruuis princi
pancium sublimitas · decreta que aut denuo concedit · aut diu concessa confirmat perhennium comendare tenoribus litterarum · Proinde nos Sigismundus dei gratia Rex polonie Magnus dux lithuanie
Necnon Terrarum Cracouie · Sandomirie · Siradie · Lancicie · Cuiauie · Russie · prussie · Colmen · Elbingen et pomeranie dominus et heres etc · Significamus tenore presencium quibus expedit uni
versis · presentibus et futuris · harum noticiam habituris · Quomodo in nostra et Consiliariorum nostrorum hic nobiscum existencium presencia constitutus · Generosus Adam de Vuzdovv fidelis no
ster dilectus · produxit priuilegium tenoris infrascripti · Supplicauitque suo et Generosi Mathie de eadem Vuzdovv · parentis sui nominibus · nobis humiliter ut priuilegium ipsum de gratia et munifi
cencia nostris Regys · graciose · approbare · Ratificare · et Confirmare dignaremur · Cuiusquidem priuilegy tenor de verbo ad verbum sequitur talis · In nomine domini amen · Ad perpetuam rei
memoriam · Ne error obliuionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta · alta Regum et principum decreuerunt consilia · ea litterarum annotacione et fidedignorum testimonio
perhennare · Proinde Nos Wladislaus dei gratia Rex polonie · Necnon Terrarum Cracouie · Sandomirie · Siradie · Lancicie · Cuiauie · Lithuanieque princeps Supremus · pomeranie · Russieque dominus et he
res · Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis · presentibus et futuris presencium noticiam habituris · Quomodo sollicite mentis intuitu perpendentes grate fidelitatis studiosa
obsequia · et multiplicium meritorum constanciam · quibus Strennuus et Nobilis Mathias niger de boyska · Miles noster · fidelis dilectus · Maiestati nostre placere meruit et infuturum · aucto fide
litatis studio · prestancius poterit complacere · horum intuitu · volentes ipsum gratiarum nostrarum prosequi fauoribus · et ad obsequia nostra continuo reddere prompciorem · Sibi eiusque Successori
bus legitimis villam nostram brzozovva · alias Lobecanz in terra Sanocen · et flumine pella sittam · incipiendo a finibus fluvy pella · usque ad ortum predicti fluvy pella · parte ex utraque
Cum omni Iure et dominio · prout predicta villa nostra brzozova in suis metis granicys et gadibus · est circumferencialiter limitata et distincta · Cum omnibus et singulis ipsius utilitatibus
fructibus · Censibus · redditibus · prouentibus · Necnon agris · pratis · campis · pascuis · siluis · gays · mericis · nemoribus · guerectis · montibus · Collibus · vallibus · aucupacionibus · venacioni
bus · Mellificys · Riuis · aquis · aquarum ve decursibus · ac et fluvys fluentibus in fluuium pella · piscinis · piscaturis · molendinis · et emolimentis · Necnon pertinencys coherencys · et appendys
uniuersis ad ipam villam nostram brzozovva quomodolibet ab antiquo spectantibus · damus · conferimus · perpetuis temporibus et donamus · Quamquidem villam nostram brzozova ipse Mathi
as cum suis heredibus et Successoribus legitimis · tenebit · habebit · utifructur perpetue et pacifice possidebit · Necnon vendet · comutabit · obligabit · alienabit · et in usus suos beneplacitos
conuertet · iuxta quod sibi eiusque Successoribus legitimis · melius et utilius videbitur expedire · Racione cuius donacionis · idem Mathias et sui Successores legitimi · cum duobus Sagitta
rys · ad quamlibet expedicionem generalem nobis et nostris Successoribus · Seruire tenebitur perpetue et incvvm · Harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum · Act
in Sandecz feria secunda post dominicam Letare · Anno domini Millesimoquadringentesimodecimonono · Presentibus ibidem · Validis · Strennuis · et Nobilibus viris · Joanne de Tharnov
palatino Cracovien · Cristino de Kozyeglovi Sandecen · Sbigneo de Altomonte Rospericn · Castellanis · Sbigneo de brzezye Regni polonie Marschalko · Paulo de Bogumylovicze Cracovi
en et Petro falkovvski Sandomirien Iudicibus · Et alys quampluribus nostris fidelibus fidedignis · Dat per manus Reuerendi in Christo patris dni Alberti Epi Cracovien · Regni polonie
Cancellary · Et venerabilis Joannis decani Cracovien Regni polonie Vicecancellary Sincere nobis dilectorum · Ad relacionem eiusdem Reuerendi in Christo patris dni Alberti dei gratia
Epi Cracovien Regni polonie Cancellary · Nos tandem Supplicacionibus predicti Ade de Vuzdovv tanquam iustis benigniter inclinati · priuilegium premissum · ratum gratum atque firmum
in omnibus suis punctis · clausulis · condicionibus et articulis habentes approbantes · Ratificantes et confirmantes duximus · approbamusque ratificamus et confirmamus presentibus · Decernentes ipsum
Robur perpetue firmitatis obtinere · In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum · Act Cracouie feria sexta ipso die festi sancte prisce Virginis · Anno domini Mille
simoquingentesimodecimo Regni vero nostri anno tercio · Presentibus Reuerendo in Christo patre domino Mathia Epo premislien et Regni nostri vicecancellario · Necnon Magnificis · Vene
rabilibus et Generosis Nicolao de Camyenyecz palatino et Capitaneo Cracovien · Cristoforo de Schydlovyecz Castellano Sandomirien · Siradien · Sochaczovien et Gostinen Capitaneo
Jacobo de Syecklvka Voynicen · Nicolao de Pylcza Vislicien · Nicolao Jordan de Zaklyczyn Byecen · Castellanis · Andrea de Coscyelecz Thesaurario Regni nostri · Scepusien · Osswyati
men et Bydgostien Capitaneo · Zupparioque ac procuratore generali Cracovien · Joanne Podlodovvski · Joanne Karnkovvski · Canonicis Cracovien · Secretarys nostris · Stanislao Jaroczski
Marschalko · Stanislao Chroberski Vexillifero · Incisore et Suppincerna · Nicolao Oczyeski · Magistro Agazonum · Curie nostre · et Capitaneo Colten · Ceterisque dignitarys · Officialibus et Cu

Primo 1419

Renovatum

Aº Dñi 1510

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam. Consueuit Regum et quoruuis princi-
pancium sublimitas decreta que aut denuo concedit aut diu concessa confirmat perhennium comendare tenoribus literarum. Proinde nos Sigismundus deigratia Rex polonie Magnusdux lithuanie
Necnon Terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiauie Russie prussie Culmen Elbingen et pomeranie dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit uni-
uersis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quomodo in nostra et Consiliariorum nostrorum hic nobiscum existencium presencia constitutus Generosus Adam de Wzdow fidelis no-
ster dilectus produxit priuilegium tenoris infrascripti. Supplicauitque suo et Generosi Mathie de eadem Wzdow parentis sui nominibus nobis humiliter ut priuilegium ipsum de gratia et munifi-
cencia nostris Regys graciose approbare Ratificare et Confirmare dignaremur. Cuiusquidem priuilegy tenor de verbo ad verbum sequitur talis. In nomine domini amen Ad perpetuam rei
memoriam. Ne error obliuionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta. alta Regum et principum decreuerunt consilia ea literarum annotacione et fidedignorum testimonio
perhennare. Proinde Nos Wladislaus deigratia Rex polonie Necnon Terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiauie Lithuanieque princeps Supremus pomeranie Russieque dominus et he-
res. Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo sollicite mentis intuitu perpendentes grate fidelitatis studiosa
obsequia et multiplicium meritorum constanciam quibus Strenuus et Nobilis Mathias niger de boyska Miles noster fidelis dilectus Maiestati nostre placere meruit et infuturum aucto fide-
litatis studio prestancius poterit complacere. Horum intuitu volentes ipsum gratiarum nostrarum prosequi fauoribus et ad obsequia nostra continuo reddere promciorem. Sibi eiusque Successori-
bus legitimis villam nostram brzozowa alias Lobecanez in terra Sanocen et flumine pella sittam. incipiendo a finibus fluuy pella usque ad ortum predicti fluuy pella parte ex vtraque
Cum omni Iure et dominio prout predicta villa nostra brzozowa in suis metis granicys et gadibus est circumferencialiter limitata et distincta. Cum omnibus et singulis ipsius vtilitatibus
fructibus Censibus redditibus prouentibus Necnon agris pratis campis pascuis siluis gays mericis nemoribus querectis montibus Collibus vallibus aucupacionibus venacioni-
bus Mellificys Riuis aquis aquarum ve decursibus ac et fluuys fluentibus in fluuium pella piscinis piscaturis molendinis et emolimentis Necnon pertinencys coherencys et appendys
vniuersis ad ipam villam nostram brzozowa quomodolibet ab antiquo spectantibus damus conferimus perpetuis temporibus et donamus. Quamquidem villam nostram brzozowa ipse Mathi-
as cum suis heredibus et Successoribus legitimis tenebit habebit vtifructur perpetue et pacifice possidebit Necnon vendet commutabit obligabit alienabit et in vsus suos beneplacitos
conuertet iuxta quod sibi eiusque Successoribus legitimis melius et vtilius videbitur expedire. Racione cuius donacionis idem Mathias et sui Successores legitimi cum duobus Sagitta-
rys ad quamlibet expedicionem generalem nobis et nostris Successoribus Seruire tenebitur perpetue et ineuum. Harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Act
in Sandecz feria secunda post dominicam Letare Anno domini Millesimoquadringentesimo decimonono. Presentibus ibidem Validis Strenuis et Nobilibus viris Joanne de Tharnow
palatino Cracouien Cristino de kozyeglowi Sandecen Sbigneo de altomonte Rosperien Castellanis Sbigneo de brzezye Regni polonie Marschalko Paulo de Bogumylowicze Cracoui-
en et Petro falkowski Sandomirien Judicibus Et alys quampluribus nostris fidelibus fidedignis. Dat per manus Reuerendi in Cristo patris dm Alberti Epi Cracouien Regni polonie
Cancellary Et Venerabilis Joannis decani Cracouien Regni polonie Vicecancellary Sincere nobis dilectorum. Ad relacionem eiusdem Reuerendi in Cristo patris dm Alberti deigratia
Epi Cracouien Regni polonie Cancellary. Nos tandem Supplicacionibus predicti Ade de Wzdow tamquam iustis benigniter inclinati priuilegium preinsertum ratum gratum atque firmum
in omnibus suis punctis clausulis condicionibus et articulis haben approban Ratifican et confirman duximus. Approbamusque Ratificamus et Confirmamus presentibus. Decernen ipsum
Robur perpetue firmitatis obtinere. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Act Cracouie feria sexta ipso die festi sancte Prisce Virginis. Anno domini Mille-
simoquingentesimodecimo Regni vero nostri anno tercio. Presentibus Reuerendo in Christo patre domino Mathia Epo premislien et Regni nostri Vicecancellario Necnon Magnificis Vene-
rabilibus et Generosis Nicolao de Camyenycz palatino et Capitaneo Cracouien Cristoforo de Schydlowyecz Castellano Sandomirien Siradien Sochaczowien et Gostinen Capitaneo
Jacobo de Syeklucka Woynicen Nicolao de pylcza Vislicien Nicolao Jordan de Zaklyczyn Byecen Castellanis Andrea de Coscyelecz Thesaurario Regni nostri Scepusien Osswyati-
men et Bydgostien capitaneo Zupparioque ac procuratore generali Cracouien Joanne podlodowski Joanne karnkowski Canonicis Cracouien Secretarys nostris Stanislao Jaroczski
Marschalko Stanislao Chroberski Vexillifero Incisore et Suppincerna Nicolao Oczyeski Mgro agazonum Curie nostre et Capitaneo Costen Ceterisque dignitarys Officialibus et cu-
rien nostris testibus circa premissa fidedignis Sincere et fidelibus nobis dilectis. Dat per manus prefati Reuerendi in Christo patris dm Mathie Epi premislien Et Regni nostri
Vicecancellary Sincere nobis dilecti

Math D Eps
et Vicecancell

Relatio eiusdem Reuerendi in Christo patris dm Mathie Episcopi
premislien et Regni polonie Vicecancellary

R.ta

N.° 2.° 1510

1149